UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Epagatho Presbytero. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

vt in actiones vertantur, opus habent: & quidem ipſi, ſi cum honeſtate & grauitate coniuncti ſint. Quamobrem ſi tibi cordi eſt vtrinque celebrari, da operam, vt & ſermonem ad actionem, & actionem ad ſermonem adiungas. *Sermonis & actionis nexus.*

μᾶλλον τοῦ γενέσθαι πράγματα δέονται· καὶ αὐτοὶ, εἰ σεμνότητος ἔχονται. εἰ τοίνυν βούλοιο κατ' ἀμφότερα φανῆναι ἀοίδιμος, καὶ πρᾶττε λογικῶς, καὶ λέγε πρακτικῶς.

Nemeſio Prætori. 47.

Præturæ authoritas & potentia, niſi manſuetudine condiatur, ipſique ſuauitas Deo miniſtrans affulgeat, arrogantia potiùs eſt & immanitas. Si verò lenitatem admixtam habeat, ac per eam ius regat & moderetur; tum demum & integritas & benignitas eſt, & æquitatis via, & rerum tranquillitas.

Νεμεσίῳ ἄρχοντι. μζ.

Ἡ τῆς ἀρχῆς ἐξουσία, εἰ μὴ κέκραται ἡμερότητι, καὶ ἐπανθεῖ αὐτῇ ἡ θεῷ διακονοῦσα προσήνεια, ἀπόνοιά ἐστι μᾶλλον καὶ ἀγριότης. εἰ δὲ τῷ πράῳ [τὸ πρᾶον] μιγείη, καὶ τούτῳ ἰθύνει τὸ δίκαιον, καὶ εὐθύτης ἐστὶ καὶ χρηστότης καὶ ὁδὸς εὐνομίας, καὶ πραγμάτων γαλήνη.

Epagatho Presbytero. 48.

Luc. 2. Matt. 17. Deſcriptus eſt Dominus, cùm vtero geſtaretur, & cenſum Cæſari pependit: hinc videlicet velut lata lege nobis indicens, vt ei, qui imperium tenet, obediamus, modò nihil ad pietatem detrimenti afferat. Quæ igitur ipſe Deus noſter, ſubita per diſpenſationem & conſilium paupertate, docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detrectemus.

Ἐπαγάθῳ πρεσβυτέρῳ. μη.

Ἀπεγράφη ὁ κύριος τῇ μήτρᾳ φερόμενος, καὶ κῆνσον ἐτέλεσε Καίσαρι, τῷ κράτει νομοθετῶν ὑποτάττεσθαι, ὅταν μηδὲν παραβλάπτῃ πρὸς τὴν εὐσέβειαν. ἃ τοίνυν αὐτὸς ὁ θεὸς ἡμῶν κατ' οἰκονομίαν πτωχεύσας ἐδίδαξεν, εὐγνωμόνως ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ μὴ σκήψει πτωχῶν, τὸν φόρον ἀρνώμεθα.

Paulo Cœnobiarchæ. 49.

In monachos inertes. Ingentem, vt ad me allatum eſt, fratrum multitudinem collegiſti, qui rectè quidem ac præclarè viuere ſoleant, verùm inertes ac deſides manus habeant. Hoc autem nec à Chriſto factum, nec à Paulo ſapienti doctore obſeruatum reperiſti. Nam ille & vineam, & operam, ac laborem, & mercedem ob eum pollicetur: hic autem manibus o- *Matt. 20.* perari, vt nullius auxilio opus habeamus, *1. Theſſ. 4* docuit. Quocirca ſi & Chriſto Deo obtemperas, & ſapientiſſimum Paulum imitaris, aut eos laborare doce; aut cauſam & prætextum aliquem oſtende, ob quem & alentur, & quietem obtinebunt, & improbis cogitationibus vacabunt: qui nec Chriſto obedientes ſe præbent, nec Pauli veſtigia ſequuntur.

Παύλῳ ἀρχιμανδρίτῃ. μθ.

Πολλὴν, ὡς ἔγνων, πληθὺν ἀδελφῶν συναγήοχας, καλῶς μὲν ζῆν ἐθιζόντων, ἀργὰς δὲ χεῖρας ἐχόντων. τοῦτο δὲ οὔτε παρὰ χριστοῦ εὗρες τελούμενον, οὔτε παρὰ Παύλου τοῦ σοφοῦ διδασκάλου τηρούμενον. ὁ μὲν γὰρ καὶ ἀμπελῶνα, καὶ ἐργασίαν, καὶ μισθὸν ἐπ' αὐτῷ ἐπαγγέλλεται. ὁ δὲ ἐργάζεσθαι ταῖς χερσὶ, καὶ μηδενὸς προσδεῖσθαι ἐδίδαξεν. εἰ τοίνυν καὶ χριστῷ πείθῃ τῷ θεῷ, καὶ Παῦλον τὸν πάνσοφον μιμῇ, ἢ ἐργάζεσθαι παίδευσον, ἢ τὴν πρόφασιν δίδαξον, ἀφ' ἧς καὶ τραφήσονται, καὶ ἀνάπαυσιν ἔξουσι, καὶ πονηρῶν λογισμῶν καθαρεύουσιν, οἱ μήτε χριστῷ πειθαρχοῦντες, μήτε Παύλῳ ἀκολουθοῦντες.